

accipiantur. Et si Maiestas Sua regia voluerit hujusmodi quoque pecunias extraneas eudere, faciat sub juxto tamen et solito apud ilios argenti pondere.

335 Ne autem proventus ex hujusmodi cussione novarum monetarum provenientes, quae si bene recol ligantur notabilem magnam pecuniarum summam faciunt, dissipentur et non in regios sed aliorum usus prout hactenus convertantur; et ne bonae monetæ similiter eudendæ suo juxto pondere argenti fraudulentur, faciat Sua Maiestas regia fidelem domini magistri thavernicorum hominem Budæ eussoribus ipsarum monetarum semper assistere, crevitiaeque pisetarii ecclesiae strigoniensis de veteri consuelidine et more alias solito pariter admittere, qui et cussioni illarum superintendere et proventibus quoque Suae Majestatis exinde fiendis fideliter invigilare teneantur, ne fraus et dissipatio in eis committatur.

Cœterum, quia prænaratum subsidium unius floreni et aliarum rerum, modo superiorius declarato, dicandarum et contribuendarum de universo hoc regno et paribus sibi subiectis, tam videlicet de bonis regiae et reginalis Maiestatem, quam etiam universorum dominorum et regni nobilium liberisque civitatibus et illarum tenutis et possessionibus equali modo et ordine debeat exigi, nam aliter ex varietate exactionis et diversitate modi contributionis ejus in bonis non solum nobilium, verum etiam dominorum, manifesta possit evenire desolatio, ideo, Maiestas Regia dignetur hoc idem subsidium de omnibus suis et reginalis Maiestatis bonis ac liberis civitatibus earumque tenutis et possessionibus, juxta modum et ordinem prædeclaratum, non solum florenum, videlicet illum firmatim exigendum, sed etiam taxationis vinorum pecudumque et pecorum ac aliarum rerum et generaliter omnium contributionum preallegatarum suo modo exigi permittere et recolligi facere, ac totam pecuniam ex hujusmodi contributionibus recolligendam ad erectionem et conservationem banderiorum suorum regalium, disponentemque et fabricationem navium, cariarum et aliorum navalium instrumentorum; præterea ordinationem ingeniorum tormentorumque bellicorum nec non pulverum, lapidum et globorum cœterarumque necessitatum bellicorum ad futuram hanc expeditionem, prout conditio temporis et rerum necessitas postulabit convenire. Prælerea quoque et præmissa contribuere unius floreni firmatim ut præmititur exigendi pro Sua Maiestate, eudant ubique de bonis omnium dominorum ac regnicolorum sigillatim de narii 25 et insuper lucrum quoque camerae Maiestatis sue cum super editione singulorum pro hac

vice quinque denariorum ad proximum festum Pentecostes, vel paulo post per thesaurarium suum regium, non tamen firmatim sed more alias consueto libere dicetur et exigatur.

Et ne in ejuscemodi exatione et recollectione præ narratarum contributionum unius floreni ac aliarum rerum superiorius luculenter expressarum et denotatarum fraus et dissipatio suboriri, ac inter colonos regiae et reginalis Maiestatum, nec non dominorum ac nobilium et regnicularum contentio et discordia subsequi possit, Maiestatis Suae omnes ejuscemodi census, taxasque et contributiones per illos 25 denarios in sortem lueri cameræ dicandos et exigendos in civibus dicatorum per universitates nobilium in singulis comitatibus, modo superscripto, eligendorum et deputandorum primo ei ante omnes alios, dari et consignari facere dignetur; et illi demum dicatores fideliter et sub juramento, integreque et indemniter sub sigillis vicecomitum et judicum nobilium illorum comitatuum in quibus bona ipsa adjacent ad manus Maiestatis Regis præsentare debeant et teneantur; et quod tempore ejuscemodi enumerationis et dictionis judges et jurati cives civitatum, oppidorum et villarum regiarum et reginalium, cum 336 ipsis dicatoribus intersint et pariter procedant, ne fraus aut dissipatio in proventibus Maiestatum suarum committatur.

Cœterum, quia creverunt pericula, creverunt et necessitates; ex dicatura itaque ex taxatione ruralium ac plebeæ conditionis hominum, prænarrata licet satis difficilis et magna molles ista belli qua nobis imminet, expediri commodeque absoluvi non poterit; cum itaque periculum (quod Deus ipse misericors procul avertat) commune sit, communī etiam provisione ac subsidio propelli et averti debet; unde visum et unanimiter conclusum est, quod universi domini, prælati ac alii viri ecclesiastici, seculares et religiosi pariter baronesque et nobiles ac cœteri possessio nati homines, non obstante libertatis eorum prærogativa, directam medietatem seu equalē medium partem universorum proventuum suorum animaliū pecunialium, sive ex cribronibus, sive pistinis marathuv dictis, sive fodinis auri, argenti, cupri, ferri, calibus, aliorumque metallorum, sive ex sylvis glandiferis vel undecumque alias proveniant, ad ipsam expeditionem prænotatam pro hac una vice contribuant.

Præterea, de uvis quoque, tam in propriis vineis eorum procreatibus, quam etiam novalibus vel aliter præcio comperatis, quae adhuc restant et reperiri poterunt, de pecoribusque et pecudibus ipsorum